

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere f
cum fonte primo

Magno opere curandum est ut qui regendis hominibus praefertur apud se intra secretarium mentis in cathedra praesideat humilitatis. Cumque iudicanti ei a ceteris foris assistitur, uigilanti oculo incessanter aspiciat cui quandoque iudici ipse de hiis iudicandus assistat ut quanto nunc ante eum quem non uidet, sollicitus trepidat, tanto eum cum uiderit, securior cernat.

Gregorius XXIII. libro moralium.

Vnde magno opere curandum est ut qui regendis hominibus praefertur, apud se intra secretarium mentis in cathedra praesideat humilitatis. Cumque iudicanti ei a ceteris foris assistitur, uigilanti oculo incessanter aspiciat, cui quandoque iudici ipse de his iudicandus assistat, ut quanto nunc ante eum quem non uidet, sollicitius trepidat, tanto eum cum uiderit securior cernat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 24, 25 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1228, ll.77-83).